



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

11. An Prælati Regulares ratione Officij teneantur ad assistentiam Chori?
Ex p. 2. tr. 12. res. 38.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

si species præceptum Horas recitandi. Secundò, qui ex suo beneficii nullos per se, vel per alium fructus percipit, aut percipere potest, ad nihil secundùm omnes tenetur, ergo qui exiguum percipit, ad partem solam, non ad totum tenetur. Tertio, qui altari deservit, de altari vivere debet; t. ad Corin. 9. Atque talis Clericus Ecclesiæ deservit; ergo de Ecclesiæ bonis vivere debet, vt autem censetur mortaliter sic vivere, debet saltem aliquam mediocrem vicium portuunculam accipere. Quarto, quia, vt supra diximus, plura habens beneficia etiam copiosa, & ampla, non tenetur, nisi semel Horas recitare, quamvis etiam tria millia aureorum capiat; ergo rationale non est, vt quis tantumdem oneris sustineat, qui solum quatuor, vel sex aureos. Quintò, beneficium tenet in iure habetur pro non beneficio, vt constat ex cap. is cui, de præbend. in 6. vbi Bonifacius Papa definiit, quòd is, cui sit potestas conferendi beneficia personis idoneis, non potest illa conferre iis, qui beneficia ad decentiam vitæ sufficientiam possident; non habentibus verò huiusmodi, possit conferre; quo significatur non habere beneficium, qui non habet sufficientiam. Vnde ex his puto circa præsentem questionem, tam negatiuam, quam affirmatiuam sententiam probabilem esse; & ne deseras videre me ipsum loco cit. vbi inuenies varias sententias circa quantitatem paruitatis fructuum excusantem à recitatione. Et si per otium libet, vide etiam Oliuierum Bonatum de Horis Canon. lib. 2. c. 6. n. 10 & seq. vbi in aliquibus casibus sequitur sententiam affirmatiuam, & in aliquibus non.

RESOL. IX.

An datus ob tenuitatem beneficij de onere recitandis officium diuinum, teneatur recitare? Ex p. 4. tr. 3. Resol. 24.

§. 1. Affirmat Vazquez in 1. 2. D. Thome, disp. 65. cap. 3. n. 11. nam quando obligatio est certa, vt est in casu nostro, & excusatio dubia, teneris obedire; quòd obligatio sit certa, patet; nam certum est, esse habere beneficium, & per consequens onus diuini officij illi annexum.

1. Verum Ioan. Salas in 1. 2. tract. 8. disp. vnic. a. 1. §. 1. n. 154. in fine, docet in tali casu non adesse obligationem recitandi diuinum officium, quia est dubium iuris; & præceptum onerosum, & molestum implendum ex obligatione non est in casu dubij, sed hoc accidit in casu nostro: ergo, &c. vtraque opinio est probabilis.

RESOL. X.

An si quis recipiat beneficium per simoniam, vel sit irregularis, teneatur dicere Horas Canonicas? Et que quantitas reddituum beneficij obliget ad Horas? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 146.

§. 1. Ad hunc casum ita respondet Sanchez in opuscul. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 73. n. 5. Si aliquis recipiat beneficium per simoniam, vel existens excommunicatus, vel irregularis, vel non habens legitimum ætatem, vel in alio casu in quo collatio est nulla, non tenetur recitare Horas Canonicas, quia non habet titulum verum beneficij, nec facit fructus suos; sic quidam neotericus valde doctus, qui ita resolutionem fuisse Salmanticæ à Patribus Societatis Tom. 111,

dicit, & bene aduertit, quòd si hic deberet petere in his casibus reuadationem, & fructuum compositionem, si non recitauit, debet etiam explicare illam conditionem in compositione, alias tenebitur iterum componere se de fructibus ob illam causam. Ita ille, qui etiam obi supra dub. 57. num. 5. responderet ad secundum quaesitum, de quo etiam pos alibi, & sic asserit. Quando fructus beneficij excedunt decem & sex aureos, beneficiarius tenetur recitare: sic dixerunt quamplurimi recentiores, maxime docti Magistri à me consulti, & alij vix neotericis Magistris in suis scriptis, fauet Soto de hac re consultus, quia quamvis ponat pro bona parte sustentationis, quando fructus sunt octo aurei nummi, at his temporibus minus sunt decem & sex aurei, quam abhinc triginta annis, quando scripsit Soto, octo aurei, cum res modò multo cariori pretio venundentur. Imò P. Doctor Henriquez retulit mihi, quòd consultus Soto de beneficio, cuius redditus erant decem & sex nummi aurei, respondit non obligare ad recitandum, & quidam maxime doctus recentior dixit, non minus quam viginti aureos obligare. Ita Sanchez. Licet nouissime Cæstrus Palauis tom. 2. disp. 1. 2. punct. 1. §. 2. num. 9. doceat, beneficium exiguis fructus habens obligare ad recitationem. Horarum; sed opinio Sanchez est probabilis, de qua etiam ego alibi.

Alibi supra in Ref. 7. §. 5. vlt. in Ref. 6. §. 5. vlt. & infra in Ref. 8. §. 5. Et tandem nota & supra sine Ref. 8.

Alibi supra in Ref. 6. 7. & 8. & in §. 8. not. præterita.

RESOL. XI.

An Prælati Regulares ratione officij teneantur ad assistentiam Chori? Ex p. 2. tract. 12. Resolut. 38.

§. 1. Respondeo cum Raphaële de la Torre in 1. 2. tom. 1. contr. 10. disp. 1. n. 8. quòd peculiari obligatione tenentur habere curam, vt Chorus, sicut par est, frequententur, sed ad sui præsentiam personalem. non tenentur præcepto, id directe præcipiente, sed ob circumstantiam personæ; & propter aliorum exemplum, intra obligationem regulæ, magis tenebuntur, quam cæteri. Quamvis ex alia parte propter plures, & grauiore occupationes, sæpius à frequentatione Chori etiam magis, quam cæteri excusabantur.

RESOL. XII.

Virum Moniales, seu deputati ad Chorum teneantur sub onere peccati mortalis persolvere Horas Canonicas? Et an hoc ex vi consuetudinis ad culpam mortalem obligantur? Ex p. 2. tr. 12. Ref. 17.

§. 1. Affirmatiuè respondeo cum communi Theologorum sententia: & ita docet Maldegnus tract. de Horis Canon. cap. 13. num. 28. Malderus in 2. 2. tract. 10. c. 2. dub. 3. Gauantus comment. in Rubr. Missalis, tom. 2. scilicet. cap. 4. num. 10. Bellochius in praxi de cas. referri. par. 2. q. 15. n. 8. Atagon. in 2. 2. q. 85. art. 12. Conradus in Resp. cas. conf. p. 1. Theolog. mor. lib. 4. tr. 2. c. 4. n. 2. Sotus l. 10. q. 5. art. 3. Rodriguez tom. 2. quest. 10. art. 8. Toletus lib. 1. cap. 2. Nauarrus cap. 24. num. 97. Paludanus in 4. distinct. 15. q. 4. art. 1. Gabriël ibid. q. 8. art. 2. concl. 2. Emmanuel Sa. verb. Hora Canon. n. 1. Reginald. tom. 2. lib. 18. c. 12. curiam in §. n. 150. Filliuc. tom. 2. tr. 23. c. 5. n. 150. Lessius lib. 2. c. 37. dub. 9. n. 49. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 17. n. 6.

Sup. hoc in quinque Ref. seqq. & infra in Resol. 8. §. vltim. & in Resol. 56. §. 5. Secundo & §. Ad id. & in tom. 2. tr. 1. Resol. 87. §. 2. à lin. 5. à vers. constantérque & in tom. 4. tr. 3. Resol. 10. curiam in §. penul. post medium.

N n 2 Azotius

LA N I E
S I B N I A
S I I I I V V
E I I I I